bant in feodo, Bertoldo de Stenzenberc civi nostro in Vriberc justo emptionis et venditionis inter ipsos interveniente contractu vendidissent, nos ad preces dicti Bertoldi nec non ob remedium anime dilecte conjugis nostre domine Agnetis bone memorie predicta decem talenta hospitali ante civitatem Vriberc in honore beati Johannis ewangeliste constructo post liberam resignationem eorundem talentorum in nostris manibus factam a fratribus ante dictis liberaliter in proprium dedimus proprietatis tytulo perpetuo possidenda, ut debiles et infirmi, qui pro tempore in eodem hospitali recepti fuerint, de eisdem decem talentis commodius et melius valeant sustentari; hoc tamen adjecto, quod sepe dictus Bertoldus et uxor sua memorata decem talenta ad usus suos retineant et recipiant quoad vixerint, remoto impedimento quolibet et cessante. Ambobus vero hoc est Bertoldo et uxore sua predictis sublatis de medio eadem decem talenta predicto hospitali vacabunt, ita quod nullus heredum seu propinquorum ipsorum in eisdem decem talentis aliquid juris sibi valebunt vendicare. Ut autem hec nostra donatio robur optineat perpetue firmitatis, eandem litteram super hoc dari fecimus in testimonium sigilli nostri munimine roboratam. Datum et actum Vriberc anno domini M° CC° LXXI°, IIII° nonas novembris, presentibus nobili viro Johanne burgravio de Wytin, Henrico de Waldowe, Henrico de Syden, Henrico Becherer, Henrico Teler et aliis quam pluribus fide dignis.

(S.)

28.

Markgraf Heinrich der Erlauchte eignet der Mariencapelle beim Hospitale zu Freiberg das Dorf Hilbersdorf und 5 Talente jährlicher Einkünfte aus der Münze zu Freiberg, welche der Freiberger Bürger Heinrich Becherer der genannten, von ihm gestifteten Capelle unter Vorbehalt des Patronatsrechts über dieselbe übertragen hat. **Dresden, 1272 Jan. 18.**

Hdschr.: Transsumpt in No. 29 (A). Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Das wolerhaltene Reitersiegel an Pergamentstreifen (B).
Gedr.: Horn Henricus illustris 339 (nach B).
Anm.: In dorso: Appropriacio ville Hildebrandisdorf cum jure patronatus ecclesie ibidem *(Saec. XIV) B. — Den ursprünglichen Text der Urkunde zeigt A; danach beabsichtigte Becherer erst den Bau der Capelle und behielt sich das Patronatsrecht in Hilbersdorf vor. Nachdem der Bau vollendet war, mag Becherer dieses vorbehaltene Patronatsrecht dem Hospitale abgetreten haben (wie er 1282 auch auf den Patronat über die Mariencapelle selbst verzichtete, vergl. No. 36). Die Urkunde wurde nunmehr geändert und in die Form B umgeschrieben, jedoch, wie dieß öfter vorkam (vergl. No. 9, 19), unter Beibehaltung des ursprünglichen Datums. Das ältere Original scheint, abweichend von den eben angeführten Fällen, cassirt worden zu sein. In der ältern Fassung A liegt die Urkunde der Bestätigung Markgraf Albrechts von 1272 Juli 9 (No. 29), in der jüngern Fassung der bischöflichen Bestätigung (No. 30) von 1272 (ohne Tag, aber jedenfalls nach Juli 9) zu Grunde. Hiernach dürfte die Vollendung der Capelle, die Schenkung des Patronatsrechts in Hilbersdorf und die Umschreibung der Urkunde in die 2. Hälfte des Jahres 1272 fallen. Ueber die spätere Zugehörigkeit des Patronatsrechts in Hilbersdorf zum Hospitale vergl. die Urkunde No. 41.*

A.	B.
In nomine domini amen. Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio omnibus presentem litteram inspecturis in perpetuum. Universa negocia mandata	In nomine domini amen. Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio omnibus presentem lit|teram inspecturis in perpetuum. Universa negotia mandata